

40

P. lat. rec.

747

W

4° P. lat. rec. 747

W

416 333 574 800 17



4° P. lat. rec. 747

A. 11.

4^o P. lat. rec. 747

III.

PIAE PRECA- TIONES ELEGIACO REDDITAE CARMINE


A

IOHANNE GIGANTE IV-
niore, Poetarum famulo.

Adiecta est Allegoria de D. Christofero ab eodem
authore, Versibus Heroicis exposita, & integerri-
mo Viro Domino Casparo Gobelio, Ge-
danensium spectatissimo Ciui, Domi-
no suo percharo dedicata.



Si non esse apis Minus, sis Zoile Minus



Qui stat, perpetuo uideat ne concidat unquam
Aut si forte cadat, studeat quo surgere possit,
Surgens, in Christum sit gratus tempore quovis.



Non satis est, forte in medijs caelisse pro
— est satis, in medijs surgere nolle in

I.

P R E C A T I O

T E M P O R E P E S T I S

AD CHRISTVM: LO-
co remedij babenda.



Hriste salus uiuēs, morientibus unicā uita,
Spes desperatis sola relicta malis.
Qui tuus es, uerbumq; tuum cum nomine seruat,
Respicere perpeſsum tristia fata gemit.
Promissiq; tuū memor has admittit querelas,
Teq; ditas audi p̄ recipiente preces.
Dum uitium ecclī uitales polluit auras,
Et terras atra pefilitate premit.
Entruncata dolet caris Ecclesia membris,
Et multis hominum millibus orba gemit.
Lætifero griffans quos impetit ulcere mōrbis,
Et necat inuicta mōr̄s properata lue.
Cum stulto sapiens moritur, cum paupere diues
Cum rudibus docti, cum seniore puer.
Præcipiti dulces rapiuntur morte parentes,
Pignora sollicitus luget adempta Pa:er.
Orba uiro uiduum plangit matrona cubile,
Sepe uni tumulo iuxtaq; uirq; datur.

A z Extinctum

*Extinctum propere suspirat amicus amicum,
Cognati defleti funera quisq; sui.
Indigenis urbes priuantur, & arua colonis,
Nudantur doctis templa Scholeq; uiris.
Tacta uenenatæ spissa caligine nubis,
Tabida membra uelut putrida poma cadunt.
Nulla quies mortis, cumulatur funere funus,
Iam tumulis etiam deficit ipse locus.
Heu miseranda patient oculis spectacula nostris,
Omnia ui diræ depopulante luis.
Triste genus pænae, sed nostro crimine dignum,
Nos digni dannis his grauiora pati.
Non faciunt nobis hunc delphica tela dolorem,
Non pestem nobis diuus Apollo dedit:
Sed tuus ille furor, uariorum clade malorum,
Affixit stupidi qui pharaonis humum;
Angelus ille tuus Iessæ criminis ultior,
Pestifero nostrum nunc petit ense caput.
Nam reuocante Deo uitiorum à turpibus ausis,
Cur rident monitus peccora stulta sacros?
Cur toties uires irati experta Tonantis
Vita, Dei iustas spernit iniqua minas?
Haec sunt militæ numeranda stipendia nostræ,
Vt totas turbas dira uenena necent.
Nec ratio est remedi, stupet et timet ipse Machaon,
Sucumbit tantis & medicina malis.*

Quis

Quis sibi longævam possit promittere uitam,

Dicere quis possit, cras quoq; sole fruar:

Ocæcas hominum per aperta pericula mentes,

O magis indomitis aspera corda feris:

Quae non mollescunt tam tristi tempore fracta,

Nec semel irriguis ingemuere genis.

Nam quotus est hominū, mala quem præsentia tāgant,

Pænitentia scelerum, terreat ira Dei?

Ad mandata Dei surda sumus aure, placetq;

Pro uirtute nefas, proprietate scelus.

AEterni cultu negleclo, & numinis ara:

Vna uoluptatum est, altera cura lucri.

Mens humana nimis uitæ fugientis auara,

Nec cœlum curat, nec Stygis antra times.

Ergo quid incusas fremebundo numina corde,

Atq; malum cumulas improba turba malo?

Non iniusta feri patimur tormenta Tyranni,

Tristia qui lœta funera fronte uidet:

Sed nos mansueti castigat uirga parentis,

Qui capit inuita rara flagella manu.

Maluit hac cœdi uirga lessēius heros,

Quam meritas poenas enje fameue dare.

At tu qui proprij semper tibi criminis autor,

Et faber ærumnæ semper es ipse tuæ:

Desine non sanis numen culpare querelis,

Inspice turpis homo propria facta queri.

Sænior ipse tibi diuinam contrahis iram,

Tu reus es, sotem te tua culpa premit

Hæc tibi sponte ferox accersis bella, famemq;

Et pestem, latos que modo uastat agros.

Sic quos lenta Dei nunquam patientia flectit,

Vita ne fas animos perdomat ira feros.

Sed tu cui proprium est misere scere Christi reorum,

Exitium quorum corde dolente uides:

Daueniam turbæq; tue placabilis adsis,

Que supplex aras uoluitur ante tuas,

Errores confessâ suos, & criminâ uitæ

Dete statu, grani mœsta dolore pauet.

Quem bonitate tui isolatur, & æthera spectans,

At te suspirat te gemebunda uocat.

Ergo ne præbebis surdam clamantibus autem,

Et nostras rapient uenit & aura preces?

An nunquam, quamvis iusta, reuocabit ab ira

Se Deus, & nobis poena perennis erit?

Non ita: non tales nobis oracula monstrant

Certa Deum, miseros qui sine fine premat.

Sed qui se facilem delicia fatentibus offert,

V eridicat homini uoce professus ait:

En ego, quem penes est uitæq; nec isq; potestas,

V iuo Deus, uester Rexq; bonusq; pater;

Nolo mori sotem lapsum succumbere nolo,

Nec peragat partes ultio nostra iudas;

Dum

Dum modo deposita resipiscat labe, fideqz:

Me peccator homo querat, & oret opem.

Sic duce me uiuet, mundi crudelis & orci,

Victor, & in quo quis turbine saluus erit.

Ergo animum iam uince tuum, misericere rogantum,

Promissam fer opem, nostraqz damnâ leua,

Letiferos tandem condat tuus angelus enses,

Hisqz petat regno colla inimica tuo,

Redde salutares auras, nec noxia pestis

Diuellat cœtus omnia membra tui.

Viuorum Deus es, te uiui carmine laudant:

Non memorat laudes mortua turba tuas.

Christe tibi uiuant aliqui, & tua nomina dicant:

Tu caput es nostrum, nos tua membra sumus

Te uox in dubijs implorat nostra periclis,

Expertiqz tuam te celebramus opem.

Ficta profanatae fugiunt ad numina gentes,

Supplicat ignoto barbara turba Iouis

Exquisita alius querit medicamina morbis,

Et plus humanae, quam tibi, fudit opis:

Circæos alius cantus amplexus & herbas,

Nititur ægra mago membra leuare dolo:

At nos, qui numen, nisi te, non nouimus ullum,

Et sine te nullum Christe salutis iter;

Pertot acerba tuam discrimina querimus aram,

Aram nil scimus tutius esse tuam.

Immutata

Immutata tenet nostram sententia mentem,
Omnia quæ patimur, te statuente pati.
*T*u nos, cœusobolem pietas materna recentem.
Sollicito in gremio, nocte dieq; fous.
Abiectus uili uenit passerculus asse,
Nec tamen ullus humi te renuente cadit:
Quin etiam nostro numerasti in uertice crines,
Et sine te nemo uulserit inde pilum.
Cur igitur tantus trepidantia concutit horror.
Pectora, præsentem peste minante necem?
Esto, lues ipsa teneat præcordia morte,
Imaq; pestiferum uiscera uirus edat:
*T*u tamen indomiti uires inhibere ueneni,
Tu potes iniugis esse medela malis,
Fidimus ergo tibi, tibi nos addicimus uni,
Seu nos Christe uelis uiuere, siue mori,
Ulterius fragili si uis nos carne morari,
Sumus ut in laudes turba ministra tuas.
Corporibus uires addes, animisq; uigorem,
Ut corpus sanum mens quoq; sana regat:
Sin animam hinc migrare iubes, fac mentibus æquis
Reddamus matri debile corpus humo.
Hoc saltēm, hoc præsta, ne summa mortis in horâ
A te deficiant corda pauore necis.
Neue fides cedat Stygio oppugnata Tyranno,
Omnia spes firmo uincat amore tui.

Ac

*Ac licet externos tenebris mors condat ocellos,
Lumina suspiciant interiora Deum:
Et cum nigra dies lingue quoq; demperit usum,
Mens tamen hoc intra se meditata sonet:
Hanc animam tibi fide Deus, tua munera reddo,
Quae verum credit te uenerata Deum.
Quae nunc fisa tibi se commendat, & orat,
Ut repetat patriam, prodijt unde, suam.
Innumerous prome tolerasti Christe labores,
Natus homo, passus flagra, nec iqv; datus:
Fac tandem miser exul ego per inhospita mundi,
Hospity subeam tecla beatatu.*

II.

P R E C A T I O P R O-
F E L I C I V I T A E E X I T U .

*Christe Desoboles, æterni patris imago,
Edite de pura uirgine uer us homo,
In cruce qui pro me mulctatus morte cruenta
Es misere, unde mibi uita salusq; patet:
Iam per acerba tui rogo te discrimina lethi,
Ut mihi sis facilis maxime Christe reo.
Hoc saltem, hoc præsta, ne summa mortis in hora
A te deficiam corde pauore necis,
Ne uae fides cedat stygio oppugnata Tyranno,
Omnia spes firmo vincat amore tui.*

B

Ac

Ac nec extermos tenebris mors condat ocellos,
Lumina susciant interiora Deum.
Et cum nigra dies lingue quoquis demserit usum,
Mens prenigore carens destituetur ope,
Christe ueni, fragiles posituro corporis artus
Habitu in extremo mite leuamen ades.
Non metum longe mortali in V alle moreris.
Perstringas rigidae dira flagella necis.
Effice duratim ineditando vulnera mortis
Auferar. flagrem raptus amore pio.
In primis procul hinc a me confunde Draconem,
Ne queat exulta parte nocere mihi.
Sacratu prese*s*ens semper sis Elamine: donec
Corpo*r*e neglecto mens super astru volet,
Inquis tu*is* fugientem animam placabilis ult*is*.
Excipe, nec gremio Christe repelle tuo.
Sentiat in tenui requiem tellure cadauer,
Extremus mundi fulgeat usque dies.
Post facias rursus feruens caro nostra resurgat
Quam rogo defendas Iudicis ante thronum,
Vulnera curando sana, medicando uenenum
Aufer, ut aeterna rite salute fruar.
Te non exagitent uitae mea crimina, gratis
Sis patri*m* in tempus nominis omne memor,
Pollicitus ueluti diuina uoce fui*st*i
In qua perpetuo spes mea fixa manet.

Dixisse

Dixisti uere uobis haec prædictio: fidens
A Supremo cali, Iudicet tuus erit.
I non gustabit fridentia spicula mortis,
Sed liber poenis, præmia leta feret.
Nam licet hic hominis soluatur debile corpus,
Non tamen ex omni parte uigore caret.
Illum ego Coeji turbatum tristibus umbris,
Deuicile medio mortis ab ore traham.
Etiandem erexitum cunctis post fata periclis,
Hunc faciam regni partipem ipse mei.
Hoc pie Christe tuis famulis largire benignus
Omnia dum nutu flantq; caduntq; tuo,
Da nostræ ueniam culpæ, poenamq; remitte:
Lux mihi sit uerbi semita certa tui,
Da uelut eternis amplexibus annulus hæret
Quem tamen in simplex forma catenat opus
Sic eadem cum mente mihi, cum corde uoluntas,
Fisa tibi, stabili seruet amore fidem.
Exuas donec deponens corporis huius,
In tua saluificæ regna quietis eam.
Sicut etiæ pice fido incertum corde Mihis,
Et si uero uidebas, belga recte aperte.
Quod non uolens uigilat neq; multoq; nescire
Sanguinem Christi uolumen locu[m] datur.

III.

PRECATIO PRO SA-

LUTE ET INCOLVMITATE

integerimi Viri Domini Casparis Gobelij ciuii
Gedanensis spectatissimi, Domini sui per-
petua obseruantia colendi.

Aline parens hominum, cui rerum summa potestas.
Qui nostri curam nocte dieq; geris.
Respic me miserum tibi qui seruire paratus
Tempore sum quo quis, te mea lingua canit
Nam licet hic famulus Musarum dicar, & illis
Gratificer multum: sum tamen ipse tuus.
Me tibi submitto, quoniam Dominus dominorum
Tu solus: seruis munera fersq; pijs.
Ergo mihi facilem te præbe, tempore tristi
Suscipe non rigida supplicis aure preces
Effice, graffatur dum feruens pestis ubiq;
Incolumis maneam maxime Christeti, (RVM
Nec tam me famulum nunc quam Dominū CASPA-

G O B E L I V M , ualida nunc tueare manus.

Scilicet hic fido succurrit corde Ministris,
Et sacra defendit peccatore uerba pio,
Adiuuat Aonidum, quas uulcus negligit artes
Sanctijs Castalijs numina fontis amat.

Pauperibus

Pauperibus magnos sumptus largitur alumnis
Muneris officium quod putat esse sui.
Omnibus his laudes meruit, famamq; perennem,
Nomen & illius secla futura canent. T 3
Nam resiliens citius mutauerit Iusta cursum,
Ac uirtutis erit fama sepulta suæ.
Quare Christe uelis longos ut uiuat in annos,
Cumq; sua felix C O N I V G E semper agat
Quod si largitus fueris Deus optime, post hac,
Ipse tibi uiua carmina uoce canam.

B 3

PRE-



III.

PRECATIO AD IV. STICIAE SOLEM PRO conseruacione piorum.

Χωμας ἀπεργεσία περιγνέα πέρατα κόσμος

Φωτίσαι λαζαπέξη λίοιο φανή:

Ως σὺ φοίβε θυσιοσύνη φιλότιμε κιθέρυα

Νοῖτέρας ἄγις φωτὶ συνόσιο φρένας

Ουδὲ ποτὲ εἰν ἀμάις μαυρόδης φεοσὶ πάρηκε

Σέο δακμοσώλω, ιδμοσώλω τε πατρός.

Ζενοσώλω τε τεῦχε διδαχῆς αὐτα κτισε φύλαξορ,

Εμμανδήλ πελεψόηι πάρεσθι τεῷ.

VERSIO LATINA.

Hic ueluti lucis radios sol spargit in orbem,

Tu sol insuffiae nos rege luce tua.

Et non extingui pati are in peccatore nostro,

No diciamque tui noticiamque patris

Hospiciumque tuat doctrinæ protege Christe,

Emanuiclo tuo semper adestu gregi.

πιασθετο.

Αἰώνας γαρ πολλοὶ ηγέλη ἐπήγομοι ἡμέται πάντες
τίμιοσι, πότεκέντις ἀππνεύσατε πένοιο,
Ἄλλα καὶ τὸν μεν καταθάπτειν ὅσκε θέγηνος
Νηλέα θυμῷ ἔχοντας, ἐδὲ ἡμέτι δικρέυσατας.

Nuncce nimis multos atq; omni luce, cadentes
Cernimus: ut nemo possit mærore uacare
Quo magis est æquum tumulis mandare pereceptos
Firmo animo, & lucidum lachrymis finire diurnis

Ճանաչ ու գործի առաջակա հայութ
առաջակա հայութ առաջակա հայութ
առաջակա հայութ առաջակա հայութ
առաջակա հայութ առաջակա հայութ

Ճանաչ ու գործի առաջակա հայութ
առաջակա հայութ առաջակա հայութ
առաջակա հայութ առաջակա հայութ
առաջակա հայութ առաջակա հայութ

ALLEGORIA DE D. CHRISTOFE:

RO, VERSIBVS HE-
roicis exposita.

Quid pia Christoferi sub imagine fabula signet,
Curue sacra passim definxerit aede uetus.
Ingentem Cyclopa, canam: tu carminis autor
Pro Phoebo melior, meditandi suggeste uires
Christe, tuus labor hic tuduxq; comesq; laboris
Si fueris, nullo mea cymba ei rure trahetur.

Christoferus cum mole ingens, et pectora firmus,
Omnibus anteiret, quos tum spacioſus habebat
Orbis, et ire duci, quo nemo potentior alter,
Ergo comes ualeat, primum sua nomina regi
Cfficiūmq; dedit, quo non felicior orbis
Tum sortitus opes, mortalia sceptrā tenebat,
Is dum forte crucem in fronte atq; in pectore pīngit,
Quando canebatur plutoñis carmine nomen:
Christoferus causam rogat, dedit ille roganti
Responsum: Accipio paucanti in corde timorem,
Ne dis inferni se protinus efferat undis
In seletq; domum, et non una clade fatiget.
Christoferus contra: Regnis meliora tenebit
Forsitan ille tuis, quia toto corpore palles.

C

Incursumq;

Incursumq; times. Ergo mea militet illi
Dextera, tuq; ualde, me regum maximus aula
Accipiat, qua prima datur modo adire facultas.
Nec mora carpit iter nigri plutois ad aedes,
Inscius illius fraudum: metus omnis ab illo
It procul, Aeolijs diffundere traditus Euris.
Dumq; pede & cupidis figit uestigia plantis,
Dis quæ situs adest gemmis ornatus & auro,
Et caput illustri fuscum diadematè cinctus,
Sicq; ait: Unde uiam carpis, quo tendere pergis,
Cui pares Domino: Dominumq; ducemq; requiro,
Chrisloferus reddit, certoq; interritus ære
Tartareo se se Diti obligat, inde recurvo
Calle uiam repetunt, falsiq; habitacula Ditis,
Iamq; iter emensi fuerant breue, tristis in ipsa
Pandit imago uia dextram lœuamq; cruentas,
Stant clavis fixijs pedes, & uulnere nudum
Pectus hiat, misere manant cum sanguine lymphæ
Dux malus ille uiam linquit, perq; inuia reptat,
Hacq; sequi comitem iubet: hic, curde uia querat,
Inquit, cum ueteri liceat procedere calle.
Ille gemens imo ducit suspiria corde,
Et ueteris belli memor haec in uerba profatur:
Heu iuuenum longe confidentissime nescis,
Cuius imago uias seruet, discrimina regno
Quæ dederit uicem, quot fontes uictor ab orco

Imules

*Intulerit quondam caelestibus impiger oris?
Et nunc ista dolent, nec qua uicloris imago
Constituit, ire uiam soleo, sic usq; recurrit
In mentem illius nobis iniuria pugna.*

*Ergo heros infit, nec tu formidinis expere
Regna tenes, aliudq; tuo se fortius orco
I acilitat imperium, teq; intua castra repeilit:
I procul hinc, illi miles fortissimus ibo,
Illi uis incastris nullos tolerare labores,
Nec uite praesens discrimen adire pigebit.
Ille per ingentes terrae ad sua tartara hiatus
Deuolat igniuomus, lateq; per acra teturum
Squallidus horrendo sonitu diffundit odorem.*

*Nec procul hinc curuo spumabat littore Nercus
Et mare collectis cumulabat fluctibus undas,
Rupe casam celsa quernis pendere columnis
Christoferus fultam uidet, huic se se ocyus infert,
Ascensi scopulum superans, dein ostiaq; ipsa,
Et musco obfessas pulsat procerior ædes.
Ecce senex multu uenerandus ore disertus
Procedit, causamq; uiae perdiscere gestit
Hospitis insoliti, tum que data copia uiclus
Cum baccis profert uulsa radicibus herbas,
Vtq; boni officium lapidosa exceptus eremo
Consulat hortatur, Nihil his opus optime uerbis
Ille senex inquit: potius que semita ducat,*

C z Ad regem

Ad Regem offendis, quo non præstantior alter,
 Maiestate sedet, uasti qua machina mundi.
 Quadrifido pulchram sustentat cardine molem.
 Talem animus dominum, & talem sibi querere regem
 Constituit, requiesq; meo sit nulla labori,
 Nulla uiae obſistat nobis iniuria, nulla
 Temporis, inueniam donec quem ſepe petivit.
 Hæret in aſpediſ senior, tacitiſq; pererrat
 Luminibus molemq; uiri, uocemque loquentis
 Ponderat, & diclis mox talibus ora reſolut:

Eſt Deus omnipotens rex regum maximus, illi
 Siſ famulus, letaq; ducem hunc pietate ſequaris.
 Interrit & faciliterrena potentia caſu
 Vertitur, in nihilumq; breui delapſa recedit:
 At Deus eternum toti dominatur Olympo,
 Angelicasq; regit forti ditione phalanges.
 Nec minus & pelagus ſpacioſaq; climata terra
 Concutit imperio, regniq; hunc exuit, illi
 Sceptra ſuo arbitrio tribuens ac regis honores.
 Nunc cur ergo Dei miles gratissimus eſſe
 Hospes amice uelis, paucis aduerte docebo:
 Rex Deus immensa primos bonitate parentes
 Ex nihilo iuſtos, hilaresq; pioſq; crearat.
 Fluctibus & regni confeſſerat omnibus horrib
 Intentare manum, mediae tantum arboris illis
 Attacium atq; omnem prius interdixerat uſum,

Suppliz

Supplicium miseris subitæq; placula mortis,
Pluræq; nunc breuiter non enumeranda, minatus,
Quæ data cunq; die uiolarent iussa Tonantis,
Tum malus æthereis expulsas Lucifer oris,
Inuidet humano generi camposq; beatos
Interra, cœliq; domos, quas prole repleret,
Quando cunq; Deus terrena à sede uocaret,
Hæredes scribens uacui in penetralia cœli.
Ergo blandicijs primos astutæ parentes
Improbis inuadit, diuinaq; dicta proteruis
Extenuat repetita dolis, nihil atq; periclit
Edocet in pomis, medio quæ pulchrior horto
Præberet, mortem frustra pavitantibus, arbor,
Paret (ut est semper lasciuum femina nomen)
Et geminum nocua decerpit ab arbore fœtum,
Cumq; uiro infelix uictas communicat escas.
Tum Demum quam iussa Dei non sperneretutum,
Quim non uani almi furant oracula patris
Experti discurrunt, latebrasq; & deuia querunt.
Proh dolor & lachrimis nullis explebile damnum,
Iam genus igniuomo mortale subeggerat orco
Perfidus edicti interpres, scelerumq; magister,
Quem sua deiecit rutilante superbia cælo.
Sed tum sancta Dei proles, Deus ipse parenti
Par in honore suo, non maior nec minor æuo,
Dæmonis humanum genus improbitate perire

Credit indignum, supplexq; ante ora parentis
Concidit, & magna repressit fulmina dextræ,
In se deriuans iras, omnesq; reorum
Transcribens pœnas, quas iusto tempore soluit,
In cruce perpessus miserandæ funera mortis,
Nos ut ab interitu funesta cæde redemptos
In sceptris secum cœliq; reponeret arce.
Hunc tibi proponas Dominum, qui summaq; ex una
Iure pari flectit, regnumq; perenne gubernat,
Expers principij rex, & sine fine futurus.
Huic da uota libens & Eo i thuris odores,
Huic animo linguaq; fau precipibusq; pudici
Pectoris, hunc casto semper complectere amore
Sic rursum illius mitem experiere fauorem,
Militieq; Dei socius leclissimus ibis.
Annuit & sacro Baptismatis annelauatur,
Christoferiq; suo nomen pro nomine sumit,
Littoreas habitans rupes & concava saxa,
Ut qui forte ratis ductu uelisq; carerent,
Per mare portatos tuta in statione locaret.
Hoc senis auspicio studium fortissimus urget,
Sicq; Deo multis constanter militat annis,
Officiumq; negat nulli, qua luce uel hora
Adueniat, pontiq; uelit superare procellas.
Iamq; fatigatus multo sine fine labore,
Reclinat duro corpus miserabile saxo,

Saxum

Saxum aliud capiti substernens, tempora noctis
Namq; ibant mediæ, nec quem uel adesse, uel illo
Tempore uenturum sperabat: lumina somno
Dum primo dederat, bibula mox paruus arena
Ingeminat uocem puer, & clamore iacentem
Suscitat, hunc humeris surgens imponit, & undas
Impavidus nigrae ingreditur sub tempore noctis,
Euulsaq; pedum firmat uestigia pinu.
Huic senior celsa prætendens rupe lucernam,
Quia sit iter monstrat, cum noctis ab orbe tenebræ,
Eripiant lucem toto, & caligine pontum
Obfuscent, nullasq; uenus uel cynthia flamas
Per pluias spargat celato sidere nubes.
Sed nondum medijs superauerat æquoris undas,
Cum graue languentem pondus premit, inq; profundo
Genua inflexa labant, & singulantis in auras
Spiritus excurrat, totoq; à corpore sudor
Lentus abit, riuiq; cadunt, plusq; usq; fatigant,
Non Atlantia polus, non siccus Aethna T yphæum
Tantum unquam uasta superatos mole grauauit,
Exigu quantum pueri sub pondere mutat
Christoferus, similis si non præstantior illis.
Tum uarijs salso terretur in æquore monstros,
Incursumq; timet mortem exitiumq; minantium,
Quippe onus euincit, ne contra uiribus ire
Assuetis possit, iam grandia guttura cete

Pandunt

Pandunt, & prædam diuersa ex parte sequuntur.
Quam orque gestet onus, quam mille pericula mortem
Intentent pauido, tamen uido in littore fessis
Pondere deposito pu'ſa & iam nocte reſedit,
Hicq; famem ſumptis epulis potuq; fugauit,
Que ſecum & quoreis pera tranſuerat undis.
Hinc pia ſacra deponxit in æde uetus ſlis
Ingentem ingenti luſtrandum mole gigantem
Qui Chriſtum in pueri forma trans & quora portat,
Cui ſenior ſcopulo liſchnum prætendit eunti,
Qui gressus ualida titubantes arbore firmat,
Quem uaria exterrent monſtra inter ritumq; minantur
Pera tamen pifces toſtamq; impleta farinam
Geftat, ut eſuriens ieiunia ſoluere poffit,

Nunc igitur tacito quid pinxerit abdita ſenſu
Fabula, ſit docilis mihi fas de promere turbæ.
Christoferi uerbi doctorem pingit imago,
Ille ministerio, mortalibus omnibus unus
Altior ingregitur, caput inter nubila condens,
Per ipſum Oceani Chriſtum portare profundum.
Geftit: in hunc nullus terror cadit ille per undas,
Per ſcopulos per ſaxa ſonat, quod regula uerbi
Diclat, & intrepidus per monſtra immami tendit,
Mollia ſecure contemnens ocia uitæ.
Hoc eſt, cur magna uidcatis mole gigantem,
Nempe quod officium pauidi formidinis expers

Curet

Curet, & infracto tuncatur peccore Christi
Dogmata, qua ueri constantem semita dicit,
Seu mare, seu scopuli obstant, nihil inde periclit
Imminet, est superanda omnis fortuna ferendo.
Sed uelut a puero in medijs quoq; baiulus undis
Opprimitur, uixq; ægra trahit uestigia ponto,
Peneq; succumbit moli, quam uiribus impar
Ceruici imposuit propriæ colloq; ferendam
Sic aduersari Deus & fortuna uidetur,
Et seuas in nos non raro excire procellas,
Cum Christi fortes uerbumq; fidemq; fatemur.
Tumq; labascentis recedit fiducia cordis,
Et fugit a multo spes impugnata timore.
Ast uelut ille heros uastum inter Nerea passus
Arborco fulcit truncō, sc̄q; erigit illo,
Dumq; iter accelerat (dictu mirabile) frondes
Et folia acquirit sine succo credita pinus.
Sic mala dum glomerant, & nos plus mille fatigant,
Dum foris inuadunt puonæ, atq; pauoribus intus
Mens agitata ruit, nec quo ruit, unde salubre
Expetat auxilium nouit: se robore uerbi
Erigat ætherei: solatur pectora uerbum,
Corporis instaurat uires, motuq; legentis:
Versantisq; manu uigili frondescit, & altas
Elore comas tollit, sterili nec concidit herba.
Squamigeræ circum pecudes. Nereia monstra.

D Significans

Significant sancte tumulata incomoda uite.

Nam quamprimum humeris pusio consedit Iesus,

Vndeque certatim sors aspera prælia miscet,

Nosq; suis totos conata operire procellis,

Hinc atq; inde legit socios, qui uiq; dolop;

Nos aliquo saltem tentent cuertere casu?

Tunc curæ subeunt, tunc anxia corda fatiscunt,

Spemq; timor pellit, uixq; nulla ex parte salutis

Auxiliijq; locus reliclus in orbe uidetur.

Omnia deſtituunt, contra nos omnia ſurgunt,

Quæ modo cunq; ualent ſubitæ demittere mortis,

Hoc genus. Aecolidæ uario certamine fratres

Inuadunt, requie mō negant; ruit Eurus Eois

Sedibus, occafu Zephyrus contrarius, arcton

Poffedit Boreas, uiolentaſq;asperat iras

Quem madidus pluuijs contra Notus euolat alis:

Sic latere Hippodates premit omni, Mulciber igne

Sæuit, & in cædem tædæſq; ignemq; ministrat,

Idem etiam inferni factos incudibus enſes

Promit ad interitum ne desit copia noſtrum,

Sic mare, sic uenti, sic & Vulcanius ignis

In caput & noſtrum exitium iurasse uidentur.

His alia accedunt monſtri monſtra, horrida monſtra

Scilicet inferni terror, Stygijq; pauores,

Dæmonis incurſus, Letheæ ſpicula mortis,

Impetus errorum mentis, tentatio carnis

Omnia

Omnia quæ Christum ex humeris deponere suadent.
Sed ueluti puerum fortissimus aspicit heros,
Ex oculis nusquam amittit, Iohannus tuendo
A monstros se se auertit pontoq; minaci:
Sic quæcunq; premant aduersa, audentius ire
Mens contra illa uelit pia, nec defessa pauore
Concidat, ad Christum sed se se exterrita tollat,
Hoc duce tranquillum continget littore portum,
Blandaq; pacatis capiet solatia rebus.
Interea dum dura premunt, & monstra fatigant,
Constantes animo spe tristia damna leuemus,
Euentumq; Deo mandemus, scilicet illi
Meta crucis nota est, illi nostra omnia curæ.
Sic & Christoforus dum portat in æquore Christum
Non Christum se se, sed monstrum immane per undas
Ferre putat, donec constanti robore fuitus
Vicit iter durum, numenq; agnouit eundo,
Quod tutam nuncquam agnouisset forte quiete,
Quem senior lychnum scopulosa in rupe locatus
Porrigit, est uerbum, quo nox tenebrosa fugatur,
Certaq; diuinæ redeunt compendia lucis,
Molliaq; attonitas pascunt solatia mentes:
Non fore nos miseros æternum, non fore noctem
Perpetuam, tenebrasq; inter pontisq; procellas,
Auxiliatrici nos numinis arte iuuandos:
Sic modo certa fides, nec spes titubata fatiscat.

D

z

Scilicet

Scilicet expellit tenebras, pedibusq; lucernam
Subiicit aterciuox eloquimq; parentis.
Ipse Jenex Vates uatumq; oracula monstrat,
De Christo euentus quæ uera fuisse probauit.
Idem & cum signat, qui duris debita rebus
Præbeat expertus solatia: namq; malorum
Iognarus, nullis fatorum exercitus undis,
In portu semper uersatus, in æquora minquam
Ingressus, uix illa feret solatia, ponti.
Cum monstra occurruunt, mortemq; horrendam inantur.
Ac uelut ille heros post tristes aquore lucidas
Extimuit pauidus, ponti q; uocatus in undas.
Cautius ire uiam meminit, nec fidere rebus.
Tranquillis didicit, multumq; exterritus hastis.
Assuetum quoties iter esset, inire coactus:
Sic onerata malis sanctorum peccora fatis,
Non ope, non proprio confidere robore discunt,
Expertiq; sciunt, caro quam facili impete fraude
Succumbat, Christo nisi defendente resumat.
Dilapsas animi uires, audaxq; supremi
Numinis auxilio, mala uincat iniqua ferendo.
Nec uero in medijs terræ ponti q; periclis
Deficit expositos iucundi copia uictus,
Nam Deus, ut bonus est, optata petentibus ofert.
Munera, ieiunos pascens, potuq; salubri
Guttura secca rigans, dumq; esse Ecclesia morte

Proximus


Proxima, & extremitatē fatis certare uidetur,
Cœlestum uis magna iuuat, uitamq; reportat,
Vicinæ eripiens, pallentia corpora morti.
Hoc est, quod theca pisces panemq; uidetis
Includi, quibus ille famem leuat atq; repellit,
Cœrulei postquam transiuit gurgitis undas.

Hæc sub Christoferi monstrauit imagine, quisquis
Figmenti extiterit primus mortalibus auctor.
Cumq; nihil fidei pia fabula contradicat,
Sub quo quis sane tolerari iudice quibit.
Hæc Caspare tibi sub tristri temporis hora
Sit cecinisse satis, qui Christi nomine latus
Magnanimitis fido succurris corde Ministeris.
Sit felix quodcunq; facis, Deus ipse labori
Mollior aspiret, uia quem suscepta requirit.



Univ. Bibl.
München

... et de la force de l'ame. Quidam
... et de la force de l'ame. Quidam



D4

